



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXI. Apparere, vid. infra de probat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Et hoc locum C. de Cad. toll. sufficit enim scire ad eum finem ut melius intelligatur, quod vel tollitur vel reformatur d. l. unic. §. cum 2. & hæc tenus utiliter antiquitas investigatur. l. ideo 27. §. l. seq. de legib. non autem ut inde quid in jure definiatur. l. unic. princ. C. de lat. lib. toll.

II.

Vetustas pro lege habetur l. ult. C. Nov. vet. fig. institui non posse. ubi textus parificat vetustatem, consuetudinem & iussum principis. Idque potissimum minuendarum litium causa. l. 2. de aq. & aq. plur. Werner consil. Franc. 87. num. 4.

III.

Antiquissimum quodque verissimum & dignissimum, Regula hæc fundatur. l. semper. §. ff. de jure imm. cap. anteriorum. 28. §. illud 2. q. 2. §. 6. cap. q. v. anto 3. extra de translatione Episcop. late Tiragwell. in tract. de jure primogen. statim a princ. §. de retract. lignag. §. 10. gloss. i. num. 10. Mascard. i. conclus. 107. & 108. cum quibus concordat C. Cassius apud Tac. 14. Ann. 43. n. 1. Unde est quod in documentis antiquitas idem præferat, quod recognitio l. 10. de prob. & quod inducat præsumptionem solemnitatis Castrensi. consil. 47. quia Reipub. commodum exigit antiqua servari, nec in dubium vocari, quo res a maioribus nostris gesta testimonio destituta perpetuari queant, d. l. 10. l. 29. §. sed ne aliqua forsitan oblivio. C. de test. Ruland. Jason. Wurmbs. cit. à Dn. Carpozov. 3. consil. 82. n. 16. & quod in controverfibus juris antiquorum sententia prævaleat opinioni recentiorum, Bald. l. fin. C. de Ed. D. Had. toll. Non tamen hoc semper procedit, peccata enim quo antiquiora, eo etiam sunt graviora, cap. non debet. §. de consanguin. & aff. fin. Cravett. consil. 146. n. 4. neque etiam omnia antiquitus concessa, hodie licita. l. ult. C. de aleat. eleg. Lat. lib. 2. Inst. c. 6. & Tertull. in apolog. contra gentes. c. 47. pr.

IV.

Antiquitas per spatium unius momenti datur & consideratur. Cassiodorus decis. 20. & alii cit. à Dn. Carpozov. consil. 46. num. 13. Unde est quod præventio per unius horæ vel momenti spatium inducatur, & horam citationi apponere utile credatur. add. cit. à Dn. Carpozov. cit. loc.

V.

Qui sermone antiquo nimis utuntur eorum scripta parum grata habentur. l. 2. §. 46. de O. I.

Aperta v. infra Manifesta.

CAP. LXX.

De apicibus juris & æquitate.

Bonæ fidei non congruit de apicibus juris disputare contra æquitatem. l. 8. C. de jud. l. 51. §. ult. ad L. Aquil. vid. latius Duar. in tit. Mand. cap. 3. & supr. 38. de æquitate.

CAP. LXXI.

Apparere. vid. infra de probat.

Axioma I.

Idem est non esse, & non apparere. l. duo sunt Titii 30. de test. tut. l. si quis ita 16. §. si quis cum ignoret 3. ff. eod. tit.

II.

Apparere manifestè dicitur quod ex conjecturis probabilibus colligitur. l. i. ubi Jason. C. de testam. l. licet Imperator. 74. ubi gloss. & Dd. ff. de leg. 1.

CAP. LXXII.

De Appellatione. vers. infra Nomen, nominatio.

Axioma I.

Rerum vocabula sunt immutabilia, hominum mutabilia. l. 4. in fin. pr. de leg. 1. quod adeo procedit, ut nomen sæpè maneat licet res ipsa mutetur, cu jus causa nomen proditum est, ut apparet voce papyrus, nuptiæ, monachus, celydra & alii, Bach. in Comm. ad l. 2. §. 20. de O. l. n. 8. item quarta legitima, & Sclavi qui suæ gentis voce nobiles sunt, hodie servos notant. Besold. i. Pol. 10. num. 62. Don. ad §. appellamus. l. de att. n. 8. ubi de nomine conditionis, item bonorum poss. contra tabb. vel secundum tabb. licet tabb. hodie non utamur, l. de bon. poss. secund. tabb. quibus adjici potest vox actionum perpetuarum: utur hodie perpetuæ nullæ dentur.

CAP. LXXIII.

De Appellatione seu provocatione.

Axioma I.

Ex appellatione bonus vir (Judex) non accipit offensionem. l. un. C. apud eum à quo appellatur. ubi Cujac. in paratit. Nulla enim ei injuria fit si ab ejus sententia appellatur, text. in l. 8. in majoribus. 20. C. de Appellat. nisi sit omnino frivola appellatio per text. in l. fin. C. Quorum appell. non recip. Mar. p. 6. tit. de appellat. num. 338. sic nec ad ignominiam ejus pertinet, si canonice ei inhibeat, tamen alias appellatione interposita non esset quicquam attentaturus, fac. text. in l. injuriarum actio neque 13. §. is qui. i. ff. de injur.

II.

Appellatio est species defensionis ad præsidium innocentiae non defensionem iniquitatis instituta cap. 15. & 61. extra de appellat. cap. ad Romanam. 8. causa 2. q. 2. §. 6. adeoque nemini deneganda arg. l. 3. de I. & l. 1. §. 27. de vi & arm. l. 4. & 45. §. 4. ad L. Aquil. nec statuto aut consuetudine tolli potest; adeo ut etiam si status Imperii jurejurando subditos suos adigerent, ne à sententiis in curiis ipsorum latis appellarent ad Cameram Imperialem, tamen